



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum de iure iurando.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

mensam ibi propè decenter collocatam reposuit, ut ad præscriptum examinato-ribus, Testibus Synodalibus, ac punctato-ribus super sacris illis reliquiis iuri-standum deferret. & vocati fuerunt ex-aminatores, punctatores, ac testes Synoda-les ad iuriurandum præstandum his verbis.

Decretum de iuriurando.

Examinatores, punctatores, ac testes Synodales in præcedenti sessione promulgati, accedant ad Illustrissimum Archiepiscopum, cui ex præscripta for-mula iuriurandum præstent.

Vos vero testes Synodales, iurate, si deliter vereis ad nos, aut ad Vicarium nostrum generalem, aut ad visitatores nostros vos interrogantes relatuos, omni remoto affectu & cupiditate, de his, quæ ad honorem Dei pertinet, ac refor-matione indigent, quæ vos indagatione atq; inquisitione adhibita, vel uideritis, vel audieritis in regione uobis, uestra & q; charitati, & perscrutacioni commissa.

Tum singuli ordine terni aut quater-ni accedebant, & ex præscripta for-mula super sacris illis reliquiis, quas ipse Illustriss. Domin. suis manibus tenebat, iuriurandum præstabant.

Formula iuriurandi ab examinato-ribus præstanti.

Ego N. examinatoris officium quod suscepisti, promitto, spondeo, ac iuro, me fideliter, & sincere, quantum in me est, executurum. sic me Deus adiuuet, & haec Sanctorum reliquiae.

Formula iuramenti punctatorum.

Ego N. promitto, & iuro, me in offi-cio meo punctatoris obeundo fidem ac diligentiam præstitorum, ad præscri-putum constitutionum provincialium Mediolanensem, & Tabellæ mihi à Reuerendissimo Archiepiscopo traditæ, vel pro tempore tradenda. sic me Deus adiuuet, & haec sanctorum reliquiae.

Formula iuriurandi testiū Synoda-rium habetur in Concil. prouin. 4 p. 179.

Et quoniam ex his, qui constituti sunt testes Synodales, examinatores, & pun-

ctatores, quidam hoc tempore non for-terfuerint, nec vero iuriurandum ex for-mula præscripta præstare poterant, Il-lustrissimus Archiepiscopus censuit hu-ijsmodi iuriurandum multum Reueren-do Domino Vicario Generali præstan-dum esse, hoc promulgato decreto.

Decretum de præstanto iureiurando ab absentibus examinatoribus, pu-nctatoribus, & Testibus.

Qui examinatores, testes synodales, que punctatores per nos nominati, & deputati sunt, si qui in synodo ex præscri-pto iuriurandum non præstiterunt, Vica-rio nostro Generali illud præstent.

Deo bene iuuante absolutis omnibus, quæ in hac xj. Synodo agenda erant, ut extremam manum Illustriss. Archiepi-scopos apponeret, ad præscriptum Con-cilij prævinciali. 5. monitiones ex eodem Concilio de suggestu legi mandauit.

Premissa ea prefatione, quæ supra ha-betur in Synodo dccc. 7. decr. 8. pag. 77.

Deinde Promotores institerunt pro-eulgandis decretis & aliis.

Illustriss. ac Reuerendiss. in Christo Pater, & Domine.

Quod diligentior & cumulatior ex-e-cutio sit, & Conciliorum tam pro-prævincialium, quam diocesanorum, & instructionum ab Illustriss. amplitu-dine vestra editarum, & editorum item Archiepiscopalium, & aliarum consti-tutionum ad huius Ecclesiæ sibi com-missæ bene gerendæ rationem conscri-ptarum & promulgatarum.

Nos N. & N. huius Synodi diocesa-na xj. promotores, ab Illustriss. ac Reuerendiss. amplitudine vestra petimus, atque instamus, monita executionis eorum decretorum & aliarum sanctiōnum Archiepiscopalium è suggestu, ut moris est, per Cancelleriū promulgari, & omnia alia edici, & enunciari, quæcunque in hac Synodo diocesana xj. pro pru-dentia & charitate sua clero diocesano præsentī edici & promulgari cōstituit. Quo idem clerus instructior in dies fiat,